Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26594
Copyright: Admont, Benediktinerstift



te iudicem uniuersorum imploro. auxilium ut pie
tatis aspectu intendas meo iudicio. cui pro peccata
tis meis digne subiaceo et pdurissima q̄ passus
es uerbera. sputa colaphos et obprobria libera
me dn̄e a flagello † humane persecutionis.
despectionis. et eterne dampnationis. Dona
michi in omnibus et ante omnia mansuetu
dinis humilitatis et paciencie tue sequi
uestigia que tunc p̄ceteris mirabiliter comen
dasti. quando attestante et insultante iu
deorum ac gencium multitudine portas ciuita
tis exiens crucem propriam piis humeris ad lo
cum passionis uenisses. more latronis ue
stibus spoliari sustinuisti. ut primum hominem
cum posteritate sua innocencia nudatum ues
te iusticie induceres. ferculum aureum crucis p̄
ciosissima purpura sanguinis tingendo ut inimi
cicias inter deum et hominem reconciliares. tu
uerus pacificus humiliter ascendisti. in qua pen
dens sine specie et decore incredibili mortis
dolore turbatus. fide et salutem nr̄am sitiens.
sed poculum aceti auinea quondam electa.
manibus tue dulcedinis plantata acce

† dyabolice ac

portasti · cum ad
cum passionis

rex